



724/10

545-10A

166 148 554 533 330 350 551

17

Band II



L 5 459.3

Archiv 104

No 545-704.

צ ה ה ה

ARBOR PVLCHERRIMA,

LEVIT. XXIII. v. 40

IUCVNDISSIME EFFLORESCENS,

IN

VIRO PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO, AC
DE JURE CONSULTISSIMO, MVNERIS
SANCTITATE, AC MERITORVM GLORIA, PVL-
CHERRIME EXSPLENDESCENTE,

DN. DN.

CASPARE
CHRISTIANO
HVBSCHIO,

J. V. L. CELEBRATISSIMO,

HAEREDITARIO in Nieder-Reyna/ CONSULE,

AC SCHOLAE EPORO, IMMORTALITER MERENTE,

DNO, MAECENATE, AC LITERARVM

PROMOTORE SVMMOPERE COLENDO.

CUM

A. R. O. MDCCX. X. ANTE KAL: FEBRVAR:

SOLENNISSIME CONSVL RENVNCIARETVR,

ATQVE ARDVA REGVNDAE REIPVBLICAE

BVDISSINENSIS MVNIA

CAPESSERET,

PIIS VOTIS,

ET SACRIS OFFICIIS

CVLTA,

PER

MAGISTROS DOCTRINARVM

ATHENAEI BVDISSINENSIS.

•BVDISSÆ, Literis RICHTERIANIS.



Viderat Ignipotens diris tabescere flammis
Budsetiam, Sorabo limite conspicuam (a)
Viderat antiquum splendorem & nobile
Lumen.

Decoctum subito, per cineresq; datum:
Cogimur infandum Patriæ renovare dolorem,
Et vix sopitum sollicitare malum:
Tum Pater æthereus, somno defixus acuto,
Prospiciens placidum iustulit arce caput,
Mulciberemq; b) gravi percussum voce retundit,
Flammarumq; luem c) fortiter increpuit:
Tantane Vos, inquit, generis fiducia Vestri,
Tantaque proh! tenuit Mœnia flamma ferox?
Quin agite hinc potius! rutilosq; avertite torres,
Nec pulchram penitus perditæ Budsetiam!
Ipse Pater Suevus, fundunt quem fonte Sudetes, d)
Ingemuit tantis Aesty cadaveribus,
Fataq; roranti deflevit tristia vultu,
Quis stragem Nemesis fecit in Urbe vagam,
Scilicet ut redeat Tua pristina, Nissa, e) Venustas,
Purpureasq; linant Lumina læta genas;
Pulcherius Tibi; non Podalirius arte medendi
Faustus adest Consul. Consul et ille Tibi,
Cui vis est prudens, & consultissima rerum
Mens, gravibus curis fertilis atq; capax,
Sobria temperies, frons non elata læcundis,
Sed Vir fortuna fortior ipse sua
HVBSCHIADES, pulchras semper qui combibit
artes,
Solaq; pulchra habuit, quæ modo sunt gravia f)
Hic

Hic pulchras reddet facies, se Consule lecto,
 Restituetq; Decus, Clara Budissa, Tuum. g)
 Sic pius Æneas, sic stirps Laërtis Ulysses
 Majus post Cineres emeruere jubar,
 Sæpeqve surrexit de busto nobilis Ales
 Assyrius Phœnix, parturiente rogo. (scit,
 Ergo age! Te quoniam nunc splendida Curia po-
 HVBSCHI, Mæcenas! Sulcipe Tu regimen!
 Tu curis succede piis! HEINRICHVS Amplus
 Quas tradit pulchræ pignora Budsetiæ:
 Indue mente Patrem, sectareqve passibus æquis
 Tantum rite Ducem, qui Probitate nitet.
 Exultant reduces jam jam, Te Consule, Fasces,
 Sperant atq; novum, Te moderante, Decus,
 Iple etiam Svevus violis prætexere littus
 Gestit, & Areolas promere floriferas,
 Publica gratantes testantur gaudia Musæ,
 Quilibet & Conso carmina laeta canit.
 Ipsa Urbs, Nobilium Mater generosa Virorum,
 Gaudet, & effuso Te petit usq; gradu.
 Et quoniam Patrio felix adolescens in Ostro,
 Ac falces faustis sulcipis ominibus;
 Dicamus bona verba, simulq; precemur ovantes:
Hic Tibi sit longæ posteritatis honos!
O Decus! O lapsæ spes constantissima Matris,
Et Restaurator pulchrior ipse Piæ! (sancto,
Candida Pax vigeatque, HVBSCHI, Te Consule
Juncta Comes Pietas, Justitiæque Soror!
Sic Tua cœlestes lustrabunt omina flammæ!
Sic flammæ ultrices hinc aberunt penitus!
Sic nec dira lues corrumpet corpora tabo,
Nec nos contages, nostraq; corripiet;
Sed pulchræ pulchro gaudebunt Præsede Musæ,
 PVLCHERIU Mq; colet pulchra BVDISSA
 suum.

NOTAE.

- a) Ita dicta olim Incluta Budissa nostra, vid. Celeberrimus Leuberus in descript. Ortenburgi Cap. 1. pag. 4. Peucerus in Idyllio lit. A. 111.

*Urbs est in Sorabis, priscis qua Vandalus annis
Claruit indomitus Marte, Quirine, tuo.
Qua Nissana jacet, pone & Lusatica tellus
Nota orbi celebri limitis officio &c.*

Ubi tamen Vandalos confundere videtur, cum Vendis vel Venedicis aut Henetis, communi aliis errore, dudum notato a Celeberrimo Bangerto ad Chronicon Slavorum Helmoldi & C. S. Schurz fleischio Diss. de Rebus Slavicis. P. I. Diss. 20.

- b) Vulcanus denotatur. vid. Josephus Scaliger Not. ad Orphei Hymnos p. m. 182. edit Plantin. 1615. 12. Ignem mulciberem dixit Silius lib. XVII. v. 102. de Vulcani vero fabulis, earumque interpretationibus prolixus est Huetius Demonstr. p. m. 122. seqq. & 219. seq. plus justo tamen sibi indulgens, ut merito Demonstrationes ejus fabulares appellet Joh. Tolandus singulari contra ipsum Epistola pag. 138. edit. Hagæ Com. 1708. addatur Joh. Basnage Diss. Epistol. adversus Simon. p. m. 192. edit Traject. 1687. 8.
- c) Luem flammaram dixit Silius, florem flammæ Lucretius pag. m. 123. edit Lambin. Homerus σπείρα πυρός vid. Jac. Sorgerus in Homero Enucleat. pag. 409. edit Francof. 8. & Joh. Passeratius Diss. pag. 232. edit. Paris. 8.
- d) De Sudetis montibus, & originibus Spreæ vid. Felicis Fiedleri Descript. Fluv. apud Paulum Melissum in Schediasmatibus pag. 204. edit Hal. 8.
- e) Nissa idem ac Budissa, hinc nata Provincia Nissana. vid. Pl. Reverendus Dn. M. Grünwaldius, Fauctor noster multis nominibus colendus in Quæst. de Lus. p. 14. & in Hist. Lusat. MSC. quam mecum liberaliter communicavit. addatur Leuberus l.c. p. 7. ubi ad Peuceri, Hagecii, Fabricii, & Annalium Budissinensium fidem provocat.
- f) Nummus praemialis Academiae Aلدorfinæ conspicitur, in cujus una parte puer apparet, cum verbis: Motu clarescit & usu: in altera: Δύσκολα τὰ καλὰ, [Difficilia quæ Pulchra. vid. Cl. Antor. Epist. intercept. p. 1043. Eleganter Gregorius Nazianzenus in Tetrastichis p. m. 239. edit. Parisin. 1575. cum Notis Cyri Nicetae Dadybrensis Episcopi, quam possideo ex Bibliotheca Heinsiana, cum manu ejus medica:

*κάλλος νόμιζε τὴν Φρενῶν εὐκοσμίαν,
οὐχ ἦν γράφασι χεῖρες, ἢ λύει χεῖρας,
ὄψι δ' ὅπερ νῆ σάφρονος γνωρίζεται.
Αἶχος δ' ὁμοίως τὴν Φρενῶν αἰοσμίαν.*

- g) Allusum fuit ad Nomen Celeberrimi nostri Hübshii, qua occasione multa de Pulchritudine tum naturali, tum morali, tum togata, tum sagata dici possent. Caeterum quia spatii angustia prolixam digressionem non permittit; igitur summa saltem capita indicabimus. De Pulchritudine notari merentur Hieronymus Mercurialis de Decorat. edit. Julii Mancini. Augustinus Niphus de Pulchro & amore edit. Augustae Vindel. 8. Petrus Laurenberg in Pasicompsæ. & Joh. Starkius Lunenburgensis, singulari libello de Pulchritudine Vitemb. 1611. 8. cum eleganti praefatione de inimicis Polymathiae. De Pulchrit. philosophice considerata vid. Antonius Codrus Vrceus in Opuscul. Serm. I. p. m. 89. Apud Veteres pulchritudo idem ac fortitudo Caelius Richierius Lect. Antiqu. lib. 24. cap. 3. imo pulchrum pro quovis bono: Arrianus Diss. ad Epictet. lib. 3. cap. 1. p. m. 265. edit. Schegk. 8. addatur Scaliger Exercit. 300. p. m. 893. ubi egregie de Pulchrit. differit. Hinc Socrati Deus dictus Pulcher καὶ ἕξοχὴν apud Platonem in Opp. Tetralog. III. Dial. XI. qui dicitur Symposium pag. m. 1174. edit. Wech. 1602. & Dial. XII. qui dicitur Phaedrus seu de Pulchro vero & falso p. 1209. quaeque heic notat Celeberr. Fabricius lib. III. Bibl. Graec. cap. 1. p. 13. quando vero ibid. ait Joh. Pici Notas in Sympos. tantum lingua Etrusca extare, reclamant mea editio, quae Notas Pici latinas exhibet p. 1016. Consulenda etiam de Deo Pulchrorum Pulcherrimo Diss. I. Maximi Tyrii p. m. 11. edit H. Steph. 1557. 8. ad quam sigillatim commentatus est Dan. Heinsius in Orat. p. m. 709. quique vestigia ejus sublegit M. Z. Boxhornius Diss. praelim. in Emblem. Polit. de Pulchro Socratico. Caeterum quoniam in Titulo hujus Tabulae Splendidissimum Consulem nostrum Hübshium comparavimus cum Arbore pulcherrima seu Ligno Honoris Lev. 23. 40 tenendum est, nondum inter se convenire Interpp. Utrum per illam intelligenda sit Myrtus? ut vult Ursinus Arboret. Bibl. cap. 37. p. 476. an Palma? an Citrus? quo de eleganter disquirat Eruditissimus Christoph. Arnoldus in Not. ad Valerii Catonis Diras. p. 70. seqq.

seqq. edit. Lugd. Bat. 1652. 12. Porro utrum Titulus Psal. עֲלֻמֹת לִבָּן super *Almuth Labben*, denotet pulchram Juventutem; ut vult versio B. Lutheri, nondum confecta lis est. vid. *Sontag de Titulis Psalmorum* p. m. 45. & 649. & *Stephanus le Moyne ad Var. Sacr.* p. 887. seq. B. *Geierus Comment.* in h. l. edit. Lips. in fol. p. 119. ἐπέχει. Nos, inquit, contenti sensu Psalmi, tituli inter tantos Autores controversi arbitri esse nolumus. Similis vero Titulus Psal. 46. 1. de עֲלֻמֹת לִבָּן super Juvenulam vel Virginem, ubi observant Eruditi, Sympnoniam acutam olim Hebraeis dictam fuisse Virgineam 1. *Chron. XV. 20.* & Doribus παρθεύειν. vid. *Alstedius Triumph. Bibl.* p. 149. & *le Moyne l. c.* p. 880. Ita Psal. 45. 3. Melhas dicitur Pulcherrimus Mortalium, quam pulchritudinem Christo frustra abjudicat *Fr. Vavassor apud Magnif. Fechtium in Noct. Christ.* p. 350. cui accedere videtur, & mediocrem quandam Venustatem tribuit Christo *M. J. C. Loescher in Observ. select. Fasc. I. pag. 26.* sed conf. *Reinking Polit. Bibl. lib. 1. p. m. 39.* & instar omnium *Magnif. Ittigius Hist. Eccles. Sec. I. cap. 1. §. 13. cap. IV. §. 12. seqq.* & p. 352. Imaginem Christi in Nummis exhibet *Celeberr. Beger Tom. II. Thes. Numism.* p. 81. Coronidis loco quaeritur: Utrum Pulcher an Pulcer scribendum sit? Respondet *Cl. Christ. Frid. Ruhe Specim. II. Phil. Numismat.* p. 32. Pulcher saepe, Pulcer raro, ubi etiam ad Dausquium, Cellarium, atque Mecherchum de Pronunc. lingv. Graec. provocat. Et quoniam audio, nonnullos Orthographia mea offensos fuisse; nonnullos etiam, qui nil nisi carinare (si ignorant vocem, adeant *Jacob Lydium Praefat. ad Flor. Spars.*) didicerunt, perstringendi me occasionem hinc captasse; Age cognoscant, nihil me novi attulisse. *Saeculum* scribo cum Diphtongo, nec unquam aliter legitur, vid. *Manucii Orthograph.* p. m. 43. edit. Ven. 1566. *Cellarii Orthogr.* p. 144. *Rothii Orthogr.* p. 95. *Schurtzfl. Orthogr.* p. 55. *Ruhe l. c. p. 34.* qui p. 20. idem observat de *Vocab. Fecundus*, quod semper in nummis absque diphtongo scribatur, vapulareque illos, qui per æ vel œ ex numis exscribunt. *Natalicium* scribo cum c. ad tenorem *Pandectarum Florentinarum*, ad quas in hac ipsa Scriptura provocat *Ludovicus Carrio Emendat. lib. 1. cap. 12. p. m. 114. & c.* Tandem etiam observationem Profodicam subijcere allubescit. Deproperaveram nuper, vix aliquot horas hic comoratus, hunc Pentametrum, in *Gratulat. Cl. Bernhaueri, Collegae Optimi, Nuptiis destinata:*

Sic mea Votorum stabit & religio.

affirmabam tum, mutam cum liquida etiam in diversis dictionibus vocalem praecedentem facere anticipitem: id ridiculum fuit nonnullis intempestivis Censoribus, & ingentes clamores contra me excitarunt, quasi ignoraverim *Schmidium*, qui in eadem non in diversis dictionibus hoc valere dicitur. Caeterum quia tum libri mei nondum erant ad manum; dedi aliquid tempori, cessi illorum hominum partim inveteratae carpendi consuetudini, partim malitiae, & mutavi ultima verba hoc modo: *Stat quoque religio.* Ne autem existiment, me tum in speciem ac fucum ista dixisse: En libero fidem, Verba enim pro me faciet *Christianus Wasius*, Celeberrimus Anglus, in elegantissimo libro *de Legibus Veterum Poetarum Cap. III. p. 24. seq. edit. Oxon. ex Theatro Scheldoniano 1687. 4.* Illud non idem vulgo observatum, inquit, mutam ante liquidam vocalem brevem antecedentem communem facere, etiam in diversis dictionibus, quam in rem exempla ex *Plauto, Terentio, Horatio, Martiali & Graecis Poetis* affert, quae nunc non est recensendi locus. Consentiant cum *Wasio Obertus Gyphanius Indic. in Lucretium, & Justus Zinzerlingius in Criticis Juvenil.* edit. Lugd. Bat. 1614. §. 12. pag. 192. Idem tenendum de partic. re, in religio, quae anceps: & qui hoc credere nolunt *Lucumones & magistelli insulsi*, verba sunt *Sciopii* in *Not. ad Priap.* p. 19. edit. Patav. in *Arcadiam ad suos consortes aurios amandandi sunt & c.* consentiant *Gyphanius l. d. Scaliger ad Propertium, Ricciolus* in *profod. reform. & Contr.* imprimis *Rittershus.* in *Not. ad Gunther. Ligurin.* c. 2. p. 104. edit. *Tubing.* 1598. 8. Caeterum si quis nobis in his studium novitatis objicit; nos illi contra ignorantiam antiquitatis: quod iudicium est acutissimi *Harsdörfferi* in *Specim. Philol. Germ.* Desinant interim maledicere, malefacta ne noscant sua!

M. Joannes Schultz, Rector.

Ecce! Pater, Superum, Patroni, Libera, Vota,
 Exercent. Aetas, Blanda, Resurgat, Eis!
 Temperet, Haec, Solitis, Electio, Principe, Rerum,
 Adjutore, Recens, Sollicitudinibus!
 Candidiora, Tuis, Alta, De, Sede, Ministris,
 Pacis, Nunc, Almae, Tempora, Redde, Pater!
 Confundas, Fremitus, Hostis, Bone, Rector, Olympi,
 Iustitiae, Quo, Sit, Gloria, Iuta, Tua.

B

Ignis

Ignis. Et. A. Charis. Nostræ. Crudelis. Hiatus.
 Terrificos. Urbis. Mœnibus. Esse. Fube.
 Budissinorum. Quæ. Sedulitate. Parantur.
 Cœlesti. Sedes. Humiditate. Riga!
 Respice. Servatos. Edentes. Fubila. Grato.
 Pectore. Fam. Cives. Exuperante. Fide. (mna.
 Rex. Cœli. Exhaustos. Opibus. Nos. Respice. Da-
 Nostra. Exoptata. Prosperitate. Regens!
 Cœptis. Blanda. Tuis. Veniat. Fortuna. Regentium.
 Præses. Germano. Nos. Et. Amore. Regas!
 Heinricum. Multos. Fuvet. Exantlasse. Labores.
 Immarcescibilis. Gloria. Subsequitur.
 Budissinorum. Tutori. Furis. Egentum.
 Auxiliatrices. Restituantur. Opes.

Duplici Hoc Voto, tam Latino, quam Steganographico-Germanico applaudebat, observantissimus Cultor

M. Michael Thym, Cygn. Con-Rector.

Ad Amplissimum, Amplissimi Senatus
 Consulem Regentem.

זֶה אִישׁ לֶקַח חֻקֹּת גְּדוּלוֹ

מִיַּד יְהוָה

אֲשֶׁר יִרְאֵהוּ הָאֵל לְשֹׁמֵר דְּבָרָיו

וְלֹא הִפְסֵה לְרַע רֵאשׁוֹ וְרַגְלָיו:

כִּי בַמִּצְוֹת חוֹקָה וְתוֹרָה

נִפְשׁוֹ צְרוּרָה

וְגַם בְּרֵשׁ צָדֵק לְדָרֶשׁ נְכוֹחָה

אֲזִי יֵשׁ לוֹ הָאֵל תְּמִיד צְדָקָה

עַל כֵּן מִצְאָתָ גַם אֲדוֹנָי

אֶת-חֵן אֱלֹהֵי

וּמִשְׁלַחַת עַל הָעַמִּים בְּחֶמְדָּה

וְתַמְצֵא מִשְׁכַּרְתְּךָ מֵאֵל שְׁלִימוֹה:

כִּי אֲשֶׁר הִגְבַּר לְעַלְמֵי

קִרְנוֹ תְרוֹמָם

אֲשֶׁר בְּמוֹף יֵשׁ יֵשׁ בְּסוּדָיִם

וְחִלּוֹף הִתְחַלַּף אֵל הָאֱלֹהִים

Siquid laudis habet pietas, mens prompta juvandi,
 Virtutum splendor, consiliiq; vigor.
 Eloqui si que bona sunt præconia laudum,
 Et vitæ integritas, siquid amoris habet.

HUBSCHIUS, Antistes Juris, Themidosque Sacerdos.

Laude sua laudes vincere quasque potest.

Pulchrae sunt ipsi fama monumenta parata,

Qui Pulchrum nomen, pulchrior ipse, gerit,

Plaudite BUDISSA, Decus Patriae, de Consule plaudite,

Otia nam fecit, plaudite BUDISSA! DEUS.

*Ita pietatis aequè ac observantiae suae significationem
applaudens testari voluit*

M George Ehrenfried Behrnauerus,

Coll. III.

GOTT führet alles doch recht wunderbarlich hinaus.

Denn Er hat ja die Macht allein in seinen Händen/
Mit denen alles Er kan nach Belieben wenden/
Reißt Er hier zornig ein/ so baut er dort das Haus/
Er schläget und heilet/ und nach vielem Regen/
Schickt er uns durch Sonnenschein reichlichen Segen.

Mein Budißin/ du kanst hiervon auch Zeuge seyn.

Dich hat das Ungelück recht hauffenweiß betroffen/
Du stundest iedem Schlag des harten Donners offen/
Der Creuzes-Hagel schlug zu allen Fenstern rein.

Und siehe! der HERR hat Dich plözlich gebauet/
Daß ieder sich wundert/ der iso Dich schauet.

GOTT zeugt auch heute dir noch einen neuen Blick/
Der Gnade/ die dich soll das ganze Jahr erfreuen.

Schau deiner Väter Schaar in dem ergänzten Rehen
Die durch des Höchsten Arm treibt manche Noth zurück.

Erfreue dich und danck Ihn mit Herzen und Munde/
So blühst du noch ferner im göttlichen Bunde.

Wirff aber noch zulezt dich vor des Höchsten Thron/
Und flehe: Höchster laß das Haupt/ Herr Hübschen grünen/
Den/ der dein Richter-Ampt soll dieses Jahr bedienen/
Beschirme mächtiglich/ und bleib Ihr grosser Lohn.

Ach! führe noch wunderbarlich unsere Sachen/
Denn du/ o HERR/ kanst es alleine wohl machen.

Christian Müller/ Cant

Das Rath-Haus wird mit Recht ein Sorgen-Haus genannt/
Wie es denn Latium schon längst dafür erkannt.

Ihr Theuren Väter/ wißts/ und wirds die Nach-Welt sagen/
Was Ihr die Jahr daher für Sorgen habt getragen.

Doch halff GOTT wunderbarlich/ und stund Euch treulich bey/
Denn/ wie die Schrift bezeugt/ ist Er und bleibt getreu.

Er halff die Sorgen-Last getreulich überwinden/
Er wuste Rath/ wenn sich kein Helfer wolte finden.

So greiffet denn getrost das Ruder wieder an/
Ihr Väter/ der lebt noch/ der hilfft und helfen kan.

Hilff Vater/ dem der sich dieß Jahr für uns bemühet/
Sich aber daher nicht der Sorgen-Last entziehet/
Hilff Vater/ dem der nun die neuen Sorgen kriegt/
Daß Er Sie gleich so Hübsch/ wie sonst viel Jahr besiegt.

Hilff Richter-Cämmerer-Sorg/ und soll ich noch mehr sagen/
Hilff Kirch- und Schulen-Sorg sorgfältig übertragen.

Jeremias Calmann, Coll.

Regentium munere, ut nihil est ex una parte honorificentius, ita ex altera nihil molestius, miserius ac periculosius. Hinc Rex *Alphonsus* cenam sumpturus, importuna cujusdam *Subditi* se gravatum sentiens interpellatione, exclamare cogebatur: *Elephantorum & Camelorum longe meliorem conditionem esse arbitror, quam Regentium. Illis enim pabula sumpturis Domini & servi parcunt, Regentibus nemo.* Ita quendam *Consulem Cracoviensem* cuidam *Legato* ingentem summam pecuniæ postulanti, ad mandatum *Matris*, nimirum, *Regis Casimiri* primi, ridiculam dedisse responsum accepimus. *Vestra*, inquit, *Illustrissima Dominatio* exposcit à nobis pecuniam, nos autem eam dare non posse, petimus veniam: Nam nostra *Curia*, est undique ventis pervia, & nos *Ipsi sumus civium misera mancipia.* Quod ita res se, & non aliter habeat; Attende, quid cives ad mandata nostra sint responsuri. *Audite Cives, Nos precipimus Vobis, & serio volumus, ut Domino Legato ex templo postulatam pecuniam deponatis; Cui cives, Nos autem serio volumus, ne nobis ista imperetis. Vultis Regis Matri gratificari, ex Vestris eistis, saccis & marsupiiis hoc debet fieri. Audis nunc Domino Legate miseram nostri Regiminis conditionem.* At ad quid hæc & alia, quæ hic plura adduci possint, commemorem exempla, cum domestica præ oculis præsto habeamus, & quam onerosa, misera, molesta, imo & periculosa actu *Regentium* sit gubernatio, in nuperrima horribili incendii ædium nostrarum ruina, ut & in illa sub **REGIMINE VIRORUM** *Prænob. DN. HEINRICI & DN. HUBSCHII*, insolenti exterorum *Hospitum, Patriam nostram vexantium* licentia, fatis abundè experti sumus. Non enim res arduæ, aliæque perquam molestæ querelæ, ad quempiam privatæ conditionis civem referbantur, sed ad *Consulem actu Regentem*, de cujus ædibus solidè inquirebatur: *Ubi sunt edes Consulis Regentis?* & ut illorum exactè expedirentur postulata, horrendis quandoque inter fertis comminationibus à solò *Consule tum Regente* extorquebantur. **DEUS** autem solidam ipsius curam habuit, illum defendit, & ultra vires tentari, affligi & opprimi non permisit. Idem **DEUS** benignissimus & **TIBI** *Prænob. Dn. Consul HUBSCH*, in hoc **TUO** arduò *secundâ vice HUMERIS TUIS* imposito **CONSULIS REGENTIS MUNERE**, *Paternò suò* aderit auxiliò, & *Te*, cum cæteris *Tit. DN. CONSULIBUS & DN. SENATORIBUS, TIBI, TUIS* inclytæque hujus **REIPUBLICÆ**, mihi denique **TUO** Clienti humillimo fortem in adversis & viribus integrum conservabit. Hisce *observantiam suam*, quævis prospera gratulaturus, quanquam calamò properante ac fugitivo, sincerò tamen *animò, amore & affectu* submissè testatur. **VESTRARUM DIGNITATUM** observantissimus atque humillimus *Cliens*

Nicolaus Gambarzovvsky, Coll. VI.

Gen. XXXIX. 6. Joseph war schön und hübsch von Angesicht.

Prov. IV, 8. Weißheit wird dich schön schmücken / und wird dich schön zieren mit einer hübschen Krone.

Hof. IX. 13. Ephraim / als ich es ansehe / ist gepflanzt und hübsch wie Tyrus.

Wann Regenten hübsche Leute nach der Weise Josephs seyn /
Die mit einer hübschen Kron / Weißheit und Erfahrung prangen /
Dann so kehrt in allen Ständen lauter Heil und Segen ein /

Daß ein kleines Ephraim kan zu Tyrus Glanz gelangen:

Hübsch stehts in Kirch; Hübsch in der Schol;

Weil Lehr- und Hörende thun beyde wie man soll.

Es kan der Unterthan bey dem Weinstock sicher sitzen /

Und untern Feigenbaum; und seine Arbeit nützen.

Trifft etwan Jhn ein Schmerz /

Er wird von Jemand perturbirt:

Wie hübsch kan Obrigkeit des Frevlers Willen brechen!

Heute grüßet seinen hübschen Joseph unser Budistin /

Und thut Jhn zum andernmahl Abrech, daß ist / Vater nennen!

Jhn begleitet Rath und Bürger zu dem Tempel Gottes hin /

Und wil als Ihr Ober-Haupt ehren und davor erkennen.

Hübsch ist sein Nahm; hübsch die Person;

Hübsch die Erfahrenheit; Hübsch Erudition;

Hübsch gegen Jedermann; hübsch hurtig und behende;

Hübsch räch der Mund; hübsch hülfreich seine Hände;

Hübsch ist sein redlich Herz;

Hübsch hat Er schon vormahls reuert;

Don Jhm kan Budistin was hübsches sich versprechen.

Elias Schell et;

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1066905 1